

208

(68)





Hæc sunt quæ videntur animaduersione digna in libro  
De Concordia liberi arbitrij cum gratiæ donis.

309373

Pag<sup>a</sup>: 3 Circa principium. sū ait: Interim ex traditis in hoc articulo, illud solum ante oculos velim  
habeas, scientiam liberam, qua Deus scit contingentia aliqua esse futura, non esse causam  
rerum.

Pag<sup>a</sup>: 17. Circa finem sic ait: Quod ex eo confirmatur qm̄ nos comparato habitu fidei, sp̄ei, aut chari-  
tatis supernaturalis, possumus cum communi auxilio Dei, vnum aut alterum actum fidei,  
sp̄ei aut charitatis supernaturalis elicere etc.

Hoc ipsum docet. Pag<sup>a</sup>: 36. et pag<sup>a</sup>: 37. et pag<sup>a</sup>: 38.



Pag<sup>a</sup>: 52. Circa finem. sic ait: Quare fieri potest ut duorum, qui æquali auxilio, interius à Deo vo-  
cantur, unus pro libertate sui arbitrij conuertatur, et alter in infidelitate permaneat,  
sæpe etiam accidit, ut cum quo auxilio unus non conuertitur alius conuertatur. Et pag<sup>a</sup>:  
54. circa principium loquens de hac ipsa doctrina, ait: Idem quoqz dicendum est de con-  
uersione peccatoris iam fidelis ad penitentiam.

Pag<sup>a</sup>: 207. et sequenti docet: Deum non concurrere ad actionem materialē peccati negr̄ eſe cau-  
sam illius. Et pag<sup>a</sup>: 379. ait: Non omnes effectus, qui in hoc mundo eueniunt esse pro-  
uisos à Deo, et statim probat hoc in particulari, de actione materiali peccati.

Pag<sup>a</sup>: 232. Circa medium, docet: liberum nostrum arbitrium persuum consensum efficiere quod  
auxilium diuinum sit efficax ad conuersionem. Et non contra; auxilium Dei efficax  
efficiat quod ipsum liberum arbitrium consentiat: dicit enim hæc verba, Quo' fit ut diui-  
nios sufficientis auxiliij in efficacem, et inefficacem nostra sententia ab effectu, quis simul  
ab arbitrij libertate pendet, sumatur; illudqz auxilium sufficiens siue maius, siue mi-  
nus in se sit, efficax dicatur, cum quo arbitrium pro sua libertate conuertitur. Et paulo  
inferius subdit alia verba idem significantia.

Pag<sup>a</sup>: 311. Circa finem, et pag<sup>a</sup>: sequenti, docet, quod Deus non determinat liberum nostrum  
arbitrium ad aliquam partem contradictionis. s. vt velit hoc aut illud, sed ipsum  
liberum arbitrium se ipsum determinat pro sua libertate, unde ait: quod Deus non  
cognoscit certo actum futurum liberi arbitrij, ex eo quod Deus determinauit illum ad  
talem actum, sed quia Deus libera sua determinatione volunt creare liberum arbitri-  
um in tali ordine rerum.

Pag<sup>a</sup>: 322. Dicit se conuenire cum alijs authoribus in hoc, quod non ideo liberum arbitrium factum est hoc potius quam oppositum, quia Deus id prescivit; sed è contrario Deum id prescivit quia liberum arbitrium prosua in natalibertate id erat factum.

Pag<sup>a</sup>: 330. Circa finem, ait; Item quod res libero arbitrio praedita, si in certo ordine rerum et circumstantiarum collocetur, in unam aut alteram partem se flectat, non prouenit ex praesentia Dei, quin potius Deus id prescit, quia ipsa res libero arbitrio praedita, libere id ipsum agere debet, neqz prouenit ex eo quod Deus velit id ab ea fieri, sed ex eo quod ipsa libere hoc velit facere. Et hanc eandem sententiam repetit. pag<sup>a</sup>: 334. dicens: Non quia Deus cognoscit aliquid esse futurum, ideo illud futurum est, sed è contrario quia illud futurum est ex suis causis, ideo Deus illud cognoscit. Idem etiam repetit pag<sup>a</sup>: 337.

Pag<sup>a</sup>: 361. Docet id ipsum quod superius dixerat. s. Deum non esse causam actus peccati quoad materiale, ait enim: Quod Deus non vult voluntate absoluta quod actus peccatorum sint, et postea subdit: Quo fit. Ut Deus non omnes entitates reales quæ producuntur in rerum natura, Velit esse voluntate absoluta.

Pag<sup>a</sup>: 371. Ait: Si loquamur de ordine ipso causarum, ac mediorum diuina prouidentia constitutorum, sublata præscientia quod futurasint, quæ nullo modo est causa rerum, ut. q. 14. art. 8. et 13. latè ostensum est, Utqz effectus, neqz necessitatē consequentia haebent comparatione illius, nullumqz omnino absurdum sequeretur; si illis ita existentibus, eveniret contrarium eius quod re ipsa eventurum est.

Pag<sup>a</sup>: 372. Ad finem, sic ait: Quare non omnis ordo diuina prouidentia est certus, immobilis, et indissolubilis, quoad effectus affectionem.

Pag<sup>a</sup>: 375. Circa medium, ait: Effectus fortuitos non esse intentos à diuina prouidentia, sed esse præuisos in particulari, et esse permisso à diuina prouidentia. Unde videtur loqui de illis sicut de peccatis. Et in eadem pagina subdit. hinc patet neesse non esse concedere, mortem illius, qui præter ipsius intentionem, dum natare voluit suffocatus est, esse intentam ac volitam à Deo, sed permissam duntaxat.

Pag<sup>a</sup>: 379. In fine sic ait: Illud igitur imprimis nulla ratione admittendum est, Effectus oes, qui in hoc mundo eveniunt, prouisos esse à Deo, ut ita fierent, preparasseqz illis

causas, ut ita euenirent, voluissegr voluntate vel efficaci, velabsoluta, ut ex certis causis  
ita euenirent.

Pag<sup>o</sup> 384. Circa medium ait: quod non ex eo quod Deus præsciret effectus ita euenturos esse,  
ideo euenirent, sed è contrario, quia illi pro libertate arbitrii, ita sunt euenturi, Deus  
id præsciret.

Pag<sup>o</sup> 425. Refert sententiam quorundam Theologorum circa materiam de Prædestinatione,  
et sic ait: Nonnulli sententiam hanc defendunt, ut duplex auxilium diuinum  
constituant, quoddam efficax, quoddam sufficiens. Verum tamen in efficax pro  
vero auxilium efficax sit, aut inefficax, censem nullaratione tribuendum esse  
libero arbitrio, quasi ex eo auxilium quodcunqs siue magnum siue parvum effi-  
cax aut inefficax sit eti. Et post pauca, ait ita: Sed ipsi auxilio, siue Deo effica-  
citer, aut inefficaciter per illud mouenti tribuendum esse, quod liberum arbitrii  
consentiat aut non consentiat eti. Et post pauca subdit: Ea verò ratione dicunt,  
Deum, ex adultis hos potius quam illos pro libera sua voluntate prædestinasse, quia  
libere voluit eis conferre auxilium efficax, ceteris vero solum inefficax eti. Et  
post pauca subdit: Certe non dubitarem sententiam hanc hoc ultimo modo ex-  
pliicatam errorem in fide appellare. Et hi alij authores censem suam sententiam  
esse adeò veram. Ut oppositas sit errorum fide, Videatur quid horum sit verius.

Pag<sup>o</sup> 455. Sic ait: Licit ad ultus ita prædestinatus, certo, hores tamen absque vlla Dei deceptione,  
vitam æternam consequetur, certitudo tamen non est ex parte mediorum, effe-  
ctusque prædestinationis, sed ex parte diuinæ præscientiæ, qua Deus, altitudi-  
ne, illimitataque perfectione sui intellectus, supra id, quod natura rei habet, cer-  
to cognoscit prædestinatum taliter pro sua libertate cooperaturum eti. Videtur  
hic author tollere certitudinem diuinæ prædestinationis, quia tenuis ordinat præ-  
destinatum consequiturum vitam æternam pertaliam media eti. Et pag<sup>o</sup> 457.  
circa principium, hoc ipsum, iterum videtur asserere, cum ait: Ut enim explicatu-  
est in æterna prædestinatione, non est alia certitudo, quod prædestinatus sit æ-  
ternam beatitudinem consequiturus quia quae est in diuina præscientia, qua  
Deus certo cognovit eti. Et post pauca subdit, Idem diendum est de parvulis.

S. quod certitudo prædestinationis eorum, non est ex certitudine mediorum p. sed ex certitudine diuinæ præscientiæ.

Pag<sup>a</sup> 467. In principio docet hic author, quod quamvis ex parte prædestinationis detur causa, aut ratio, aut conditio, sine qua non totius effectus prædestinationis, quantum ad propositum et voluntatem Dei, in ordine ad media et finem ipsius prædestinationis, præscientiæ tñ inclusæ in prædestinatione, qua præscientia Deus præuidit ex hypothesi quod vellet conferre ea media, datur conditio et ratio ex parte usus sine cooperationis libera talis prædestinati. Et hoc ipsum affirmat s' statim loquendo in particulari de prædestinatione Petri aut Joannis. Et pag<sup>a</sup> 472. ibi. Nos vero asserentes eccl. dicit; quod præscientia Dei erga merita dependet ab ipsis meritis. Et cum iuxta sententiam huius authoris, prædestinationis compleatur per præscientiam, sit ut prædestinationis iuxta eius sententiam dependat ex meritis præuisis. Et pag<sup>a</sup> 474. In principio, hoc ipsum asserit, ait enim quod vero hec aut illa prouidendi ratio, tali adulto in particulari, rationem habeat, aut non habeat prædestinationis, cooperatione illius. Ex eo etiam pendet, quod ipse uno vel altero modo persuum arbitrium sit cooperatum.

Pag<sup>a</sup> 477. Circa medium, ait: Sed quod hi cum maioribus auxilijs prædestinati et salui non fuerint, illi vero cum minoribus prædestinati ac salui fuerint, non aliunde fuit, nisi quod illi præ innata libertate noluerunt uti suo arbitrio, ut salutem consequerentur, hū vero maxime.

Pag<sup>a</sup> 486. Circa principium, ait: Quod Deus hunc ordinem auxiliorum et cœterarum rerum, in quo præuidebat tum quosdam adultos, pro sui arbitrij libertate peruenturos in vitam æternam: reliquos vero minime, potius elegerit quam quicunqz alium, in quo res aliter evenerisset, atqz adeo quod electione potius huius ordinis, quam alterius, hos prædestinaverit, potius quam illos, nulla fuit causa aut ratio ex parte prædestinatorum, sed id totum in liberam Dei voluntatem, referendum est; quod vero electio huius ordinis, rationem habuerit prædestinationis, comparatione horum adultorum, et non illorum ratios eu-

311 375

conditio ex parte adulorum, a qua id pendebat; fuit quod prosua innata liber-  
tate, hi et non illi, ita persuum arbitrium essent cooperaturi, ut ad terminum  
viae in gratia peruenirent. Vbi iste author videtur docere, bonum usum li-  
beri arbitrij præuisum fuisse ratione prædestinationis adulorum. —



Facile aura del promontorio  
della montagna